THEORIA MOTUS LUNAE

EXHIBENS

OMNES EIUS INAEQUALITATES

IN

ADDITAMENTO

HOC IDEM ARGUMENTUM ALITER TRACTATUR

SIMULQUE OSTENDITUR

QUEMADMODUM MOTUS LUNAE CUM OMNIBUS

INAEQUALITATIBUS

INNUMERIS ALIIS MODIS

REPRAESENTARI

ATQUE AD CALCULUM REUOCARI POSSIT

AUCTORE

L. EULERO

IMPENSIS

ACADEMIAE IMPERIALIS SCIENTIARUM

PETROPOLITANAE

ANNO 1753.



Academiam Scientiarum Petropolitanam triennio abhinc omnes, qui ingenii viribus confisi, ad examinandam Neutonianam de motu Lunae Theoriam, animum applicare vellent, inuitasse, atque ei, qui in hac parte tenuisset primas, praemii loco proposuisse nummos aureos centum; postmodum Celeberrimum Clairautum huius certaminis exstitisse victorem, publico Academicorum, qui Petropoli agunt, iudicio diuulgatum.

Celeberrimus Eulerus, Academiae Petropolitanae membrum honorarium, officii ſui eſſe exiſtimauit, ferre vna cum ceteris de illa Clairauti diſſertatione iudicium. Transmiſit ergo huc ad nos una cum ſua ſententia ampliſſimam de eodem argumento diſſertationem; quae quo celerius innoteſceret, viſum eſt Academiae Praeſidi, minoris Ruſſiae Hetmano Illuſtriſſimo Cyrillo Gregoridae, Comiti Raſumouio, eam tradere Academicis in ſolenni conuentu examinandam, ea fini, vt ſi ſuffragio Academicorum comprobata, dignaque iudicata foret, quae orbis eruditi proponeretur theatro, ea praelo quam maturrime ſubiiceretur; quandoquidem ille mos iam inde a principio obtinuit, vt, quae in publico coetu praeleguntur diſſertationes, eae vel ante ſolennem actum, vel paruulo intermiſſo ſpatio typis diuulgentur poſtea.

Cete-